

# aquam invenire!

Benny et Buster iter faciebant per Martem. planeta erat mirabilis! Benny et Buster non poterant videre arbores. non poterant videre domus. non poterant videre flores. sed planeta erat mirabilis.

“babae<sup>1</sup>” Benny planetam spectabat.

“quid spectas?” rogavit Buster.

“ecce! planeta est rubra<sup>2</sup>!” respondit puer.

“rubra?” canis confusus erat. colorem rubram videre non poterat.

puer et canis per planetam ambulabant. debebant aquam invenire. volebant aquam invenire. per diem et noctem ambulabant. miserimi erant. subito, aliquid<sup>3</sup> viderunt!

“est puer!” Benny dixit.

“est canis!” Buster respondit.

“quis est? cur in Marte estis<sup>4</sup>?” persona mirabilis rogavit.

“nomen mihi est Benny and canis vocatur Buster. in Martem in ave iter fecimus et aquam invenire debemus. volumus bibere aquam.”

“aqua!? in Marte? sed amicos missi ad terram ut<sup>5</sup> aquam invenirent...”

tum Benny et Buster fabulam mirabilem audiverunt...

---

<sup>1</sup> babae - wow!

<sup>2</sup> rubra - red

<sup>3</sup> aliquid - something

<sup>4</sup> cur in Marte estis? - Why are you on Mars?

<sup>5</sup> ut - in order to